



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 140. Alberti Brandenburgici obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæc. XVI.
A.C. 1557.

§. CXL.

Alberti Brandeburgici obitus.

*Thuan. l. 19.
Davila &
Sleid. mult.
in locis.*

Cum hic idem annus exiret, seu potius juxta modernum anni principia computandi stylum sequens inciperet, die octava Januarii percelebris ille Albertus Brandeburgicus, qui Germaniæ Alcibiades cognominatus, erat Casimiri Brandeburgici Culmbacensis Marchionis Filius, extremum diem clausit. Hujus Principis excursions, latrocinia, ac deprædationes, quibus Prussiæ, magnamque Germaniæ partem divexabat, jamjam in progressu hujus Historiæ recensuimus; postquam enim sese a Mauritio Saxonæ Electore sejunxerat, ipse quasdã copias ad quævis audenda semper proclives contraxerat, quibus latius excurrebat, donec Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio ingentem cladem passus plurimum viribus suis imminueretur, ac tandem anno sequenti Schvinfurti profligatus, suisque ditibus exutus, suæ crudelitatis, ac criminum promeritas lueret pœnas. Tum vero in Franciam auffugere statuit, cum autem ad hujus Anni millesimi quingentesimi quinquagesimi septimi exitum ab Imperii Ordinibus impetrasset, ut antea Imperio proscriptus ad dicendam causam in Germaniam

maniam redire possent, ibidem in Caroli Sæcul. XVI.
Badensis Marchionis Palatio ex sinistra A. C. 1557.
fortunæ tœdio, morboque per vitam li-
bidinose actam contracto Phorceni obiit,
postquam nonnisi trigessimum sextum
ætatis suæ annum emensus esset. Hic
idem sua liberalitate milites sibi devin-
ciendi dexteritate inclarescebat: cetera
autem Princeps erat animo fervidus,
indole vehemens, & crudelis, necnon
vino deditus, præcipue vero præsentibus
rerum eventibus unice intentus, ac fu-
turatorum incurius.

§. CXLI.

*Bellicus Gallorum apparatus pro pro-
xima expeditione.*

Interea præcipua Gallorum cura eo ab-
ibat, ut damna per San - Quintinia-
nam cladem Regno illata repararent; *Spond. hoc
ann. n. 13.
Thuan. l. 20.
n. 3.*
quapropter accepto stragis nuntio Hen-
ricus II. Franciæ Rex quantocius Com-
pendio profectus Lutetias Parisiorum *La Popelin.
l. 4.
Belc. comm.
l. 27. n. 62.
& 63.*
venit, ubi civibus sua præsentia ani-
mum reddens ab eis rara liberalitate
gratuiti, ut vocant, doni titulo centum
aureorum millia obtinebat, ut hoc sub-
sidio auctus copias suas restaurare pos-
set. Præprimis Rex ad placandam
Numinis iram, necnon ad impetrandam
in calamitatibus, quæ populum dire ve-
xabant, Divinum Auxilium per univer-
sum